

**Dissertatio inauguralis medica, de morbis occultis ... / respondens David Samuel Madai.**

**Contributors**

Madai, David Samuel von, 1709-1780.  
Universität Halle-Wittenberg.

**Publication/Creation**

Halae Magdeburgicae : Typis Joh. Christiani Hendelii, Acad. Typogr, [1732]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/cwzutacs>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

# MORBI OCCULTIS.

*Quam.*

AUSPICE DEO PROPITIO

*Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Mediceæ,  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,*

P R A E S I D E

## DN. D. MICHAELE ALBERTI.

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptori ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,*

*PRO GRADU DOCTORIS*

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO  
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HOC LOCOQUE CONSUETIS

ANNO MDCCXXXII. D. OCTOBR.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET

R E S P O N D E N S

## DAVID SAMUEL MADAÍ,

SCHEMNICIO-HUNGARUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELI, ACAD. TYPQGR.

# И. А. МАМОНТУХО

Анна Борисова

Московский государственный институт культуры

Библиотека

ДН Д МИХАЕЛ АЛЕКСАНДР  
СВЯТЫЙ МАЛКЕ БОГИСС АНТОНІЙ СОСІД МИХАІЛ  
СОНІАНІС ВІД ПІДПРОСОР  
БІЛОСІРДІВІКІІ

ДЕСЯТЬ СПЕЦІАЛЬНОСТЕЙ

ДЛЯ КОМПЛЕКСНОГО ПІДПРОСОРІВ



## PROOEMIUM.



Iicut **juxta Apostolicum**  
effatum Rom. VI, 23. *Mors stipen-  
dium peccati est, ita etiam secun-  
dum Syracidem XXXVIII. 15. qui  
peccat adversus opificem suum, inci-  
dat in manus medici: ob id morbi  
sunt præmia peccatorum, & B.*

*Spenerus in Concion. pænitent. Part. I. Conc. 28. p. 594. elo-  
quitur: Wie ein Kränker, der seine Krankheit eine  
Züchtigung von den Höchsten seiner Sünden wegen zu  
sehn erkennet, und nachdem er sich mit GOTTE ver-  
sohnet, billig der medicinischen Mittel sich gebrau-  
chet: sicut porro quædam peccata manifesta, alia ve-  
ro vicissim occulta sunt, juxta Psalmum XIX. 13. me in-  
quam ab occultis absolve & XC. 8. Proponis iniquitates no-  
stras tibi, occulta nostra lumini faciei tuæ, Sapient. XVII.  
3. nam cum statuerunt se in occultis peccatis obscuro oblivio-  
nis velamento latitatueros esse, dispersi sunt expavescentes  
graviter & simulacris perturbati, ita dantur etiam mul-*

tiplices mortis & morborum causæ occultæ, 'quarum  
 quædam plane divinæ aut spirituales aut dæmoniacæ  
 existunt, quemadmodum jam inter antiquissimos  
**HIPPOCR.** Lib. Prænot. s. I. text. 14. dicit: simul vero  
 Et si quid divini in morbis inest, etiam hujus prænotionem e-  
 discere oportet: inde multi Hippocratis vestigia lege-  
 runt & quadantenus in illud Ævum scrutari conati sunt,  
 e quibus eminuerunt **MELCH. SEBIZIUS** in divino  
 quod Hipp. in morbis considerandum in prognosticorum suo-  
 rum vestibulo præcepit, **VALESIUS** in Philosophia sacra,  
**FERNELIUS** de abditis morborum causis, **ANDR. CAE-**  
**SALPINUS** de investigatione Dæmonum, **GREG. HOR-**  
**STIUS** obs. med. singul. Lib. XI. obs. 17. p. m. 550. **JORDA-**  
**NUS** de eo quod divinum est in morbis humani corporis;  
 quo loco adjicimus verba **HERMANNI CONRIN-**  
**GII** in Ep. ad Jordanum: Sane doleo, ille ait, raram adeo  
 in medicorum libris rei hujus memoriam reperiri, esse qui o-  
 mne hoc rideant, miror: cæterum hæc opinionum illa vis est:  
 imus, qua itur, non qua eundum est Et sequimur anteceden-  
 tium gregem: & veritati utique perquam consonum  
 est, quod b. SPENERUS in Theol. Bedenkten Part. I.  
 cap. I. Sect. 49. p. 238. asserit: aus einigen Orten Heil.  
 Schrifft lässt sich abnehmen, daß die bösen Geister bei  
 denen Krankheiten oft mehr Macht haben, als man  
 insgemein gedenket, conf. LUTHERI Haus-Postill  
 F. Michaelis, ut & SPENERUS Glaubens-Lehre p. 351.  
 352. ben leiblichen Krankheiten läuft auch des Teuffels  
 Gewalt vor. hoc quadrat PLUTARCHI effatum s.  
 Symposiac. c. 7. Quodammodo Philosophiam tollunt, qui re-  
 bus mirabilibus fidem non habent: oportet autem quam ob-

cau-

*causam aliquid id fiat, ratione tractare: quod vero id fiat,  
ex història est sumendum: quam ob rem haud otiosa ac  
penitus obscura occupatio est aliquando & aliquate-  
nus in occulta scrutari & rimari, ne præjudiciis falsis-  
que opinionibus mentem nostram corrumpamus:  
in qua indagatione vero prudentia requiritur, ne  
monstra phantasiæ pro occulto aliquo phænomeno  
producamus, & vana loquacitate atque sicutis garris  
curiosa ac in judicando imbecillia ingenia seduca-  
mus, in qualem nugacem garrulitatem illud ERAS-  
MI ROTEROD. Lib. 8. apoph. cadit: EURIPIDES  
cum male audiret ab hominibus ob oris graveolentiam, mul-  
ta inquit in illo occulta computruerunt: ast ne occultata  
lis commentorum putredo ac impudens phantasiæ  
gloria & ostentatio, pro aliquali veritate arripiatur,  
contra sciolas tales vanitates præservatione opus est;  
quare veritas facti ante commendanda, priusquam  
ad causarum vel veritatem vel verisimilitudinem ac-  
cedamus, sicut vicissim uti morbi, ita etiam horum  
causæ non semper perspicuitate se probant, sed oc-  
cultis aliquo modo annumerari debent: ob id FER-  
NELIUS de abditis rerum causis Lib. II. cap. X. differit:  
*occultus totius substantiæ morbus est, qui non ex manifestis,*  
*sed ex abditiore quadam causa processit: - - - non enim e-*  
*jusmodi causæ sola putredine (ut rudioribus plerisque visum*  
*est) sed occultiore quadam vi infensæ sunt: Qui unam pu-  
tredinem epidemiorum, pestilentium, contagiosorum & ve-  
nenatorum morborum causam esse contendunt, maximis te-  
nebris offusi omnia permiscent atque perturbant; ut qui in-  
vestigandi sollicitudine abjecta vehementissimos quoque mor-**

hos nullo delectu vel ad plethoram, vel ad cacochymiam, vel  
 ad obstructionem, proxime vero ad putredinem, quæ ex il-  
 lis genita sit, referunt. Non aliud quam has causas tota or-  
 te illos audias circumferre & intonare, quas nil majus pos-  
 sit in corpus irruere: hactenus FERNELIUS: ast ne  
 frivolam illam metamorphosin committamus, ut  
 ex occultis ministrante lepida imaginatione plana ac  
 manifesta effingamus, neve alia phænomena sub  
 torpore judicioræ scrutationis simpliciter pro occul-  
 tis habeamus, iterum attentione opus est, alias illud  
 accidit, quod in versiculo proponitur: *amplius quam  
 est suspicamur res prius non cognitas, ante conatum admi-  
 ramur, quæ ridemus cognita, cui meliora nota non sunt,  
 servit is pejoribus:* quam diu interim res occultæ si-  
 mul valde intricatæ ac obscuræ sunt, tamdiu delibe-  
 randum, quod statuendum est semel: ad minimum  
*huc quadrat l. in obscur. ff. de Reg. Jur. Solemus in obscuris  
 quod verisimilius est, aut quod plerumque fit, inspicere:*  
**SPIG.** in Lex. Jurid. Si vero in occultarum rerum  
 indagine, loco lucis obscuritatem magis affundimus,  
 tunc hoc etiam congruit: *cujus sententia latet jure civi-  
 li improbatur. l. si legatario s. fin. ff. de fideicommiss. libert.*  
 Ast ne diutius generatim in occultis hæreamus, pro-  
 possum nostrum est succincta deductione quantum  
 fieri potest & circumstantiæ permittunt de MOR-  
 BIS OCCULTIS præsenti Inaugurali dissertatio-  
 ne agere, cui instituto ut manifesta benedictio cœle-  
 stis annuat, exoptatosque successus largiatur, est  
 quod in limine hujus disquisitionis humillime pre-  
 camur.

## §. I.

**V**eritatem aliquando latitare, adeoque ingenuos & assiduos scrutatores requirere, haud incognitum est assertum, hinc divina sapientia quandoque in naturalibus aliquandiu occultorum illustrationem mentibus hominum instillat, ut hoc valeat, illud Psalmistæ effatum *Ps. LI. 8. En veritate deleterias in præcordiis & in occulto sapientiam notam feceras mibi:* quid quod pius admirator operum divinorum non varo exclamare potest juxta *Esaïam XLV. 15. Utique tu Deus fortis, præbens te latibulum: recte itaque P. ZACCHIAS Quæst. med. Legal. Lib. VI. tit. I. qu. 9. n. 14. concludit: Consentaneum ergo est, tam morbos, quam mortes miraculose evenientes, habere in se aliquid ardui & difficilis & ab hominum cognitione remoti:* Dum itaque impræsentiarum Morborum occultorum brevem explicationem suscipimus, mox in animum incidit illud dicterium, quod de occultis haud judicet Ecclesia; quare facile occupatio circa res occultas otiosa, sciola, supervacanea ac inutilis videri posset, dum arcana talia scientiæ humanae præclusa judicari queant, ut si nihilominus mens humana in abscondita talia intromiscere & scrutari gestiret, facile totus labor nota temeritatis atque proterviae affici queat: utut vero quædam res, ac nonnullæ causæ in totum & in hac vita absolute, aut omnibus hominibus, occultæ esse possunt, aliæ vero in tantum aliquandiu & nonnullis solum hominum mentibus, ita posteriorum indagatio & investigatio minus culposa & infructuosa est: significatum illum *absolutum occulti* allegat CALVINUS in *Lexico Jurid. tit. occultum*, ubi

mit:

ait: *quod haud quaquam probari potest, quod prorsus ignoratur, vindictaque expers est, in hoc seculo: declaramus itaque in hoc titulo prædicatum in significatu limitato accipiendum esse: complectitur vero porro prædicatum occulti, sensum intimioris domestici mali, qui nostræ acceptiōni perinde conformis, dum in morbis causæ, signa, effētus &c. interdum eximie latitant, subinde etiam difficile investigatione indigent: aliquando etiam occultum, astutum quid, fictum & dissimulatum denotat, qui significatus nostræ acceptiōni minus conformis ac conveniens est, quam ob rem in magis proprio sensu hoc prædicatum assūmimus: dum vero in certis morbis signa, causæ & effētus valde latitant, ita ut plurimum hi morbi valde intricati, periculosi, imo plane horrendi sunt, & de iisdem valeat, quod LIBANIUS declam. 1. & 24. elocutus est: qui res horrendas maxime peragunt, in latendo securitatem consti-tuunt: prædicatio autem occulti iterum accipienda est in relatione ad medicum doctum & peritum, minus idiotam, imperitum, aut plane medicastrum & unguentarium: nam de alte sapientibus, sciolis & crypto criticis nobis sermo non est, quibus in naturalibus scientiis nihil ferme occul-tum & absconditum est & quia veram rerum ignorantiam figmentis atque phantasiis compensant: & tales πολυμα-thesato tanto aliquando fastu turgent, ut proximi ab Apolline & Minerva esse sibi persuadeant, qui tamen rectius πολυμεθέss illud CICERONIS elogium possident Lib. I. offic. c. 6. est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt easdemque non necessarias; quare nobis de talibus occultis qualitatibus sermo est, quæ in hominibus ad certum tem-*

pus absconditæ sunt, uti v. g. *Pestis* ad tempus quoddam quo ad *indolem* suam *specialem* valde *incognita* & *occulta*, testimonio *specialissimi* illius pestilentialis *sudoris Anglicani*, donec post aliquam temporis moram eadem *indoles* inclarescat, quo etiam *cura per Expectationem* referenda est, quam quoad hunc etiam sensum *D. Praeses* peculiari dissert. explicavit & commendavit; nec non illæ occultæ circumstantiæ annotandæ erunt *generali commemoratione*, quæ post mortem se produnt, ut inde medicus *cavas* morbi ac mortis detegat, & hanc cum reliquis respetibus connectat, indeque tantum ad artis medicæ usum conferat, ut vel *cognitionem* vel *applicationem* in eadem augeat.

## §. II.

Sed dum de *Morbis* occultis sermo instituendus erit; iterum ad evitandam ambiguitatem non *privative* & cum exclusione aliarum ad morbos spectantium circumstantiarum, adeoque strictiori sensu morbi appellationem accipimus: ast in præsenti titulo juxta tropos dictionis ex parte etiam in sensu metonymico, ubi causa pro effectu, aut adjunctum pro subiecto ponitur morborum notationem intellectam esse volumus, insuper etiam non modo ipsius morbi *schema*, speciem, characteres, signa & symptoma, sed & illius *causas* modo *proximas*, modo *remotas*, ut & harum causarum *effectus*, vel ad *convalescentiam*, vel ad *mortem* tendentes comprehendimus: & hæc amplificatio medicis inusitata haud est, siquidem C A S P. BRAVO *Resol. Med. Part. II. disp. II. Sect. V. Resol. 7. §. 3. pag. 430.* dicit: aliquando Galenus morbos vocat aliquas *causas continentibus*, quatenus in ordine ad curationem sumitur ab illis indicatio

curativa pro morbo & symptomate, quatenus continenter dependent ab illis & ex earum ablatione statim cessant: accedit  
**IOV BERTI** assertum in annot. in Galeni Libr. de diff. sympt.  
 p. n. 218. n. 41. attamen quidam morbi symptomata etiam  
 dici solent, ut febres internarum inflammationum comites;  
 proinde sub hoc morbi titulo non æque semper exactum  
 morbi schematismum aut typum intelligimus, neque sem-  
 per morbum perfectum, sed etiam statum *morbosum*, aut va-  
 letudinarium, sub quo subjecta nec *exacte* ægrotant, nec  
 exquisite valent; agnoscimus sie sind weder recht frānc noch  
 gesund, müsten selbst nicht was ihnen fehle, modo decum-  
 bunt, modo obambulant, müsten sich zuweilen niederlegen,  
 stünden wieder auf, schlichen herum, und könnte man aus  
 ihren frānclichen Zustand nicht flug werden; quare etiam  
 talis status *occultum* morbum præsentat: aliquando certæ  
 morborum species personalibus symptomatibus ita im-  
 mutantur, ut primo intuitu occulti & absconditi compa-  
 reant, siquidem ex certis ægrotorum *moribus*, *educatione*,  
*bæreditaria dispositione*, *consuetudine*, *sensibilitate*, *insue-  
 tudine ægrotandi* &c. nova ac insolita symptomata diver-  
 sis morbis se immiscent, eosque obscuros & aliquamdiu  
 absconditos reddunt, donec post aliquam moram exer-  
 citatis ingeniis sub attenta scrutatione manifesti reddan-  
 tur: distinguendi vero etiam sunt morbi *corrupti*, *com-  
 plicati*, *endemii*, in alias regiones emigrantes, *consequen-  
 tes* &c. qui quidem primis temporibus satis absconditi  
 existunt, postea vero a *peritis* medicis luculentius in sua  
 indole cognoscuntur: de reliquo evitandas esse judica-  
 mus ex parte spinosas, ex parte otiosas & infructuosas  
 disquisitiones, juxta veterum stylum *occultas* qualitates

pro

pro themate ac objecto tractantes: siquidem speculativa elementorum mistio, confusa cardinalium physicarum qualitatum miscela, perversi quatuor corporis qualitatum attractricis, retentricis, alteratricis, segregatricis effectus &c. obscurum & occultum per æque obscurum & occultum proponunt, quales conceptus & respectus res manifestas atque perspicuas facile obscurare & occultare possunt: sciendum præterea est, quod inter antiquiores Physicos & Medicos monstrum illud occultarum qualitatum magis enutritum fuerit, siquidem inde variæ anonymæ intemperies humorum, metamorphoses formarum, ac alterationes substantiarum excoigitatæ & accusatæ fuerant, *conf.* SENNERTVS *Prax.* Lib. VI. Part. I. de morbis occultis, cap. 1. 2. 3. interea etiam antiquissimi medici talium occultarum qualitatum in morbis obviarum mentionem fecerunt, sicut *Hippocrates* de nonnullis morbis Lib. de arte §. 21. text. 21. dicit: *quod eorum omnium inspiciendi potentia privata sit*: denique in generali hac tractatione annotamus, quod præter ante citatos authores adhuc alii occultorum morborum mentionem fecerint, utpote PAVLVS MÜNTERVS in contradictionibus quibus ratio & curatio morborum occultorum delineatur, EVSTACHIVS RUDIVS de morbis occultis & venenatis, PETRVS VERDERIVS de morborum ac symptomatum occultis manifestisve causis: FALLOPIVS L. de morb. gallico c. 20. COLVMBVS Lib. I. de Peste c. 23. MERCATVS Lib. III. de morb. q. 174. STEEGIVS Lib. III. de Medic. theoret. c. 2. GREG. HORSTIVS instit. med. disp. V. coron. I. qu. 13. 14. ut & in disp. de anatomia vitali & mortua.

*Ad specialem morborum occultorum explicationem accedentes, primo loco nonnullorum malignorum & contagiosorum morborum mentionem injiciemus, qui nonnunquam specie, ut plurimum quoad specialem essentiam causae occulti existunt: de Peste ipsa plurimi Loimiatris confitentur, quod multis speciebus discrepet, ita ut per initia absconditum morbum producat, donec aut in medio progressu, aut ultimo egressu illius genius magis patefiat: nec desunt alii morbi epidemii & grassantes, qui per initia æque adhuc quoad malignitatem suam occulti sunt, nisi suspicio grassantibus aliquo tempore malignis morbis, omnes ferme morbosas invasiones, pro malignis habeat metuatque; interdum malignæ febres innocentem qualitatem assumunt, & sub larva benigni affectus se occultant, donec peracuta illarum indoles præcipitato & ut plurimum funesta decursu atque eventu se manifestet: aliquando quosdam homines morbosæ afflictio corripit, quam interdum & medici & alii pro transitorio æstumant malo, cuius genuinam indolem haud exacte cognoscunt, adeoque injungunt, man müsse warten, erwarten, abwarten, auswarten, wohinaus es gehen werde, interea præter expectationem brevi valetudinarius moritur, hinc illæ lacrymæ & querelæ es müste eine sehr giffige Krankheit gewesen seyn, da dieser Mensch gar nicht zu Bett gelegen: nonnunquam ipsa peste alicubi grassante, quidam homines de languore corporis, gravitate & dolore capitis conqueruntur, attamen obambulant, edunt, bibunt, dormiunt & subito moriuntur: quandoque in talibus affectibus accidit, ut pulsus sit sanus, urina.*

na sana, æger tamen moriatur, unde iterum morborum  
 talium qualitas admodum latitat: interdum pro varietate  
 anni temporum & tempestatum morbi quidam epidemicæ  
 ingruunt, qui modo symptomata ophthalmica, modo  
 anginodes, rheumatica, prunellodes, parotica, inflamma-  
 toria, semi paralytica, lipothymica, phrenitica &c. com-  
 plectuntur, sed non raro satis absconditi sunt, quare vul-  
 gus de iisdem eloquitur es grassire eine Stauppe, dar-  
 aus man nicht recht flug werden könne: hanc injuriam  
 aëris sub occultorum morborum tractatione præc. anti-  
 quiores medici acausarunt, insuperque malignos ac mor-  
 tiferos siderum influxus, nec non elementorum malignas  
 commiscelas atro notarunt carbone, siquidem bodiernum  
 adhuc in talibus afflictionibus malignitas tempestatum in-  
 culpari solet, es wären schlimme Witterungen: inter a-  
 lios affectus, qui se occultant, præc. etiam annotanda est  
*Purpura epidemica*, quæ satis saepe mirificam larvam in-  
 duit, ita ut non modo primo suo accessu, sed & ulterio-  
 ri progressu, plane aliam morbi faciem assumat, hinc ali-  
 qui insolita virium imbecillitate, agrypnia, appetitus pro-  
 stratione, anxia oppressione pectoris, cardialgia, nausea,  
 palpitatione cordis, vomitibus, colica, tussi, spasmis, lipo-  
 thymia, sudoribus molestis, suspectis atque olidis, dia-  
 rhoea, pruritu cutis, insomniis angustantibus &c. affli-  
 guntur, ut talis status morbi perquam absconditus com-  
 pareat, donec successu temporis efflorescentia purpurata  
 conspectui magis se exhibeat: quod vero causas talium  
 malignorum morborum attinet, tunc perinde, morbi  
 tales occulti nominari possunt, dum neque materia ma-  
 ligna in se, neque in relatione ad alios morbos malignos

adeoque in sensu *discretivo* cognoscitur : etenim non sufficit ore tantum effari in Peste, petechiis , purpura, catarrhali maligna febre, variolis &c. materiam *alcalinæ* essentiæ & *acrem* esse, cuius asserti nulla *solida* ac sobria & sufficiens reddi potest ratio , cum extemporanea mox obringat oblocutio , cur purpura non est petechialis febris, cur variolæ non sunt morbilli &c. &c. si causa materialis *semper* est *alcalina* & *acris*; cur non dantur præter *alcalia volatilia* etiam *acida talia*, cur non *sulphurea* rarefacta, cur non *mixta* e variis talibus substantiis, cur non ob *diversitatem speciei*, *subtilitatis* ac *miscelæ*, nec non ob *discrepantem relationem* ad *diversas species humorum*, etiam ad *diversas morborum species* contribuere poterunt ? quam ob rem non sufficit, tantum aliquam *essentiam* materiæ supponere ac adstruere, sed necesse est, si *nihil occulti* in hac disquisitione superesse, verum rectius evidētia & certitudo adesse debet, ut *aliis argumentis* causæ *materialis essentia* demonstretur, quod tam factu *difficillimum* erit; quamdiu vero hujus causæ *materialis explicatio* in *infirma opinione* & *præsumptione* subsistit, tamdiu eadem *occultis* sic dictis qualitatibus annumerari meretur.

## §. IV.

Præter tales *occultos* morbos adhuc *alii similis conditionis* reperiuntur, qui a communicato *animalium diversorum* sic dicto veneno, aut *virulento* ac perniciose liquore *salivali* oriuntur, quando videlicet *canes* aut *lupi rapaces*, *iracundi*, aut *rabidi*, nec non *araneæ*, *viperæ*, *tarantulæ*, *scorpiones* homines mordent aut pungunt, quando *philtra clanculum* propinantur, unde non nisi turbulenti

turbulenti morbi originem trahunt; quodsi itaque medici aliquique homines prægressarum talium causarum inscii fuerint, ipse etiam æger subito morbi vebementia obruatur & in *deliria* confestim ac *extremum* angorem delabatur, quo minus præviam læsionem significare queat, tunc morbi ob intricatum ac perplexum suum statum valde obscuri & occulti, præc. dum signa & symptomata illorum pro diversitate subjectorum, ætatium, morum, temperamentorum, diætæ, vitæ generis, virium, locorum, climatis aliarumque circumstantiarum eximie discrepant, adeoque spasmis, convulsionibus, deliriis, anomalis febribus, perversis conatibus excretoriis, inflammationibus, congestionibus, aut formantur & augmentur, aut alternant, ut e tali confuso morboso statu, medicus exactum schema vix facile agnoscere queat, adeoque tales affectus occultum quoddam morbi schema exhibeant: & dum philtorum mentionem injecimus, ita ex *Aetio* constat, quod aliquando *sanguis humanus* eo adhibetur, qui ingestus interdum *veneni* instar operationem suam præsttit, conf. BARTHOLINVS de *sanguine vetito* & juxta ZAC. LVSIT. fatuitatem attulit Prax. admir. Lib. 3. obs. 73. 82. SENNERTVS *Paralip.* quales affectus morbosí valde absconditi, perversi & occulti existunt, ut medicus magna opera ac judiciosa indagatione verum morbi genium explorare debeat: & quid de diversis *Morbis Animi* dicamus! quorum multi valde sunt occulti; quidam illorum principem causam in *fixa*, *tenaci*, *firma*, *adversa*, perversa & inquieta ideali ac *moralis* ratione & occupatione habent, aliqui vicissim in *latitante* vitiosa præternaturali qualitate corporis: aliqui in *una confusa mentis*

mentis operatione sedem suam habent, *reliquis licet salvis*, ut ægri alioquin per temporum *intervalla integra* ratione prædicti videantur, quando vero vel ipsi, vel per alios impulsi ad illam *specialissimam* ideam & operacionem mentis ruunt, tunc eminenter *animo ac corpore ægrotare* observantnr, ut non raro *genuina morbi indoles, species & sedes latitet*: interdum accidit, ut vel valde *sensibilia, inquieta, speculabunda & præcipitia*, vel vicissim *duriora, tenaciora & intricatiora* ingenia in *profundas, spinosas, mysticas, abstractas, subtile*s &c. meditationes delabantur, indeque haud facile emergere possint, sed potius in talem labyrinthum intimius implicentur, & posthac *animus & corpus in confusionem transeant*, qui affectus ut plurimum valde intricati ac *occulti existunt*, quorum progressus ac processus admodum *irregularis est*, ut nunc *bunc nunc alium* morbi genium æmuletur, adeoque attentum ac sollicitum medicum admodum distracthat & in *dubio* relinquat: simili modo in mentibus *tenellulis ac sensibilibus* per varias occasiones ac vicissitudines rerum, modo per *pavorem, angorem, metum, terrorrem*, horridam ac terribilem *imprecationem* valde intricati affectus *convulsivi, contractorii, atrophici, hectici, mirifice qualificati* excitantur, qui ob *implicatum sumum statum* interdum *incantamentis* adscribuntur, quippe quæ accusatio mox denotat, quod hi morbi adhuc *occulti* sint: & quæ non affectuum morbosorum specimina valde *perversa ac latitantia*, ex *mærore, ærumnis, immodicis desideriis, concupiscentiis, amore, libidine* curis aliisque *inquietis ac turbulentis animi motibus, proveniunt!* quæ ut plurimum si *non semper occulto*, attamen *eximie*

*eximie intricata* existunt, ut sub concursu *confusæ* operationis mentis, insuper perquam *anomalæ* commotiones in processu *vitali* occurrant, quarum systema difficulter inclarescit, ut multa obscuritas iisdem adhæreat; hinc judiciosi ac periti medici, tales animi morbos, pro valde *intricatis* & *vexatis* æstiment.

## §. V.

Haec tenus commemoratis morbis adhuc multi alii annumerandi veniunt, e quibus nunc affectus *Lunaticos* & sic dictos *Sidereos* allegare placet: haud quidem *speciales influxus malignos*, nomine & omni occultos, sidereos hoc loco accusamus, sicuti *veteribus* in more possum furerat, sed potius ejusmodi morbos denotamus, qui circa *lunæ phases*, *eclipses solis* aut *lunæ*, *solstitia* & *æquinoctia*, eminentiores *constellationes*, ingruentes *tempestates turbulentas*, maxime *subitaneas*, insignes exacerbationes patiuntur, adeoque ipso facto communionem cum *macrocosmicis mutationibus* testantur, *schemate* vero suo admodum *implicati* interdum sunt, ut medici non raro ambigant, ad quam *classem* morborum proprie illi referendi sint, dum aliquando varias conjunctas, aut *complicatas species* complectuntur; quare dubii fluctuant, qualem causam *atmosphæricam* agnoscere debeant, an *materiale*, an aliam, præc. si observant, quod tales homines in *mentalibus functionibus* & quoad *corporis cœnomiam* valde agiles, flexiles & *sensibiles* existant, hinc vulgo nominantur *wetterwendische Menschen*, welche sich nach den Wind richten, einen Calender an ihren Leib tragen, und von einen Lüfttgen können afficiret werden: non quidem scrupulose in causam illam *materiale* inquirere

C

placet,

placet, quam aliqui e sideribus effluam ac emanantem supponunt: nos post habita hac *spinoſa* inquisitione veritatem facti amplectimur, & observamus, quod sub talibus mutationibus siderum & temporum ut plurimum mutations atmosphæricæ quoad qualitates physicas obtingant, quæ ut causæ naturales modo *subtili*, modo *crassiori* efficacia *sensum* & *corpus* hominum afficiunt, & subinde ad prædictas *morbosas* afflictiones ansam ministrant, interea adhuc tam in *ſchemate morbi*, quam in *nexus cauſarum*, morbum talem attinentium, multæ & multis occultæ circumstantiæ occurrunt: Aliquando *occulti* quid morbis *Hæreditariis* inest, quando non proxime a *parentibus*, sed potius *majoribus* tandem derivari debent, neque a *ſimili ſpecie*, sed alio *connexo* ſchemate morbi proveniunt, nec perſpicue culpa in *materiali* cauſa, sed potius *motuum* vitio conſtitit, nec conſtanter vitia *motuum* ad *corporis* ceconomiam ſpectantium, ſed ſimiliter vitia *phantaficæ*, aliarumque operationum mentis & morum concurrunt, ut ſæpe loco *luculentæ* cauſæ reſponſum obtineamus, es ſey eine Freundschafts Krankheit, ſtecke ſchon in Geſchlecht oder Familie, ſey ein angeerbet und fortgepflanzt Ubel: es ſtecke einmal in Gemüth und Geblüth &c. man könnte nicht dahinter kommen, woran es liege, man könnte die heimliche Ursache nicht aussinnen und finden wo ſie ſtecke, & quæ harum formularum aliæ ſunt: Quicunque etiam *Morum* & *Morborum* *nexus* morose negant, illis variæ ſpecialiſſime morborum qualitates occultæ ſunt & manent, & ſæpe in *corpore* ac *materialibus* cauſis culpm inquirunt, aſt haud inveniunt, quoniam in *mente* & *moribibus* respectibus illa hæret, id quod latius demonstravit.

vit D. D. Præses in *disp. de Morum & Morborum Consensu*:  
 nec rarum sed *quotidianum* phænomenon est, quod ta-  
 les homines in *ægrotationum processu & decursu* reperi-  
 antur, quales in *moribus* esse solent: Et quid dicamus de  
*Idiosyncrasiis* in morbis obviis, quas medici interdum *diu*  
*non agnoscunt*, donec *successive* sub sollicita & attenta  
 scrutatione eadem ex una & altera circumstantia, curatius  
 observata & conciliata, innotescant; id quod etiam valet  
 de articulo *antipathia* & *sympathia*, qui in morbis *multas*  
*occultas* qualitates intermiscet, insuperque judicium  
 medicum requirit, quo illas absconditas circumstantias,  
 morborum *curationi* præc. *resistentes*, detegat, ne otio-  
 sum ac sterilem spectatorem & expectatorem se in tali-  
 bus affectibus præbere debeat: ex quibus ad minimum  
 quoad *factum* patet, quod exercitatis etiam ingeniis id  
 contingat, ut interdum in latitantibus circumstantiis cu-  
 ratius & attentius scrutari debeant, ne *tota* morbi species  
*larvata* & *occulta* maneat: quid quod ob hanc etiam con-  
 siderationem *ars medica longa* est: specimen hujus inda-  
 gationis & scrutinii occultorum morborum exhibit nobis  
*Hippocrates*, qui *Democritum Philosophum* prius veratro  
 dignum judicavit, postea vero pro optime sapiente illum  
 declaravit, quare in *Ep. ad eundem data*, ita scribit: *ego*  
*sane mihi videor majorem reprobationem, quam honorem*  
*artis me affecutum esse: ego enim ad finem medicinæ non*  
*perveni, etiamsi jam Senex sim neque enim ipsius inventor*  
*Æsculapius. - - - proinde epistola a te ad nos missa, vera-*  
*tri medicinam reprehendebat: inductus equidem sum o De-*  
*mocrite, velut insanienti veratrum datus, non perscrutatus,*  
*qualis quis tandem esset: ubi vero tecum congressus,*

cognovi non desipientiae opus, sed ferme omni laude ac commendatione dignum, valde laudavi naturam tuam, optimumque naturae ac mundi interpretem te judicavi: eos vero qui me induxerunt ad te, velut insanentes deprehendi; nam ipsi medicamento opus habebunt.

## §. VI.

Accidunt porro varii alii irregulares & occulti morbi, qui a *Polyposis* concrementis in diversis corporis partibus, regionibus & vasis sanguiferis proveniunt, adeo ut interdum ipsius *Polypi cordis* diagnosis satis intricata, vexata & abscondita sit: per scrutinium enim ac industriam anatomicam tandem ejusmodi præternaturalia concrementa detecta fuere, quæ antea valde perversis phænomenis & signis morbosis ansam præbuerunt, quemadmodum *Polypum in processu falci formi* describit BLEGNY *Zodiac Gallic. An. 1680. Junio obs. 2. p. 122.* præterea *Polypum Bronchiарum & tracheæ enarrat BARTHOLINVS in Act. Haffn. Vol. V. obs. 30. p. 94.* sed quis ex prægressa hæmoptysi, tussi valde frequenti, maximeque importuna, vomitu crebro, vigiliis, dolore capitis, siti, dolore dextri lateris infra costas ad sinistrum & dorsum, spiritu difficiли, pulsu debili &c. talem polypum in loco indicato suspicari potuit? Uteri *Polypum* recenset RY SCHIVS *obs. chir. 6.* ast nisi hic polypus conspectui se præbuerit, quis potuerit ex fluore albo immanni uteri prolapsu, aquosi & acris humoris effluxu talem polypum ominari; aliud *Polypum in antro Highmori* refert idem RY SCH. *obs. 77.* ast quis potuit illico ex malæ tumore & gingivarum excrementia hunc affectum intelligere! quis juxta GRÆFIVM *de Mulierum organis c. 8.* ex Mensum retentio-

ne & passionibus hystericis ex vero & certo *Polypum uteri* colligere potuit! quis juxta SPONIVM de *Polypo renum* ex affectu *nephritico* talem causam præsumere potuit! quis ex intricatis doloribus capitis, tremore membrorum, vertagine, virium imbecillitate, sudore frigido *polypum in duræ matris sinubus* juxta MALPIGHIVM de *Natura Polypi* hariolari potuit: RAMATZINVS de *Constitutione anni MDC XCI.* & ex eodem *Aet. Erud. Lips.* An. 1692. *Majo Mens.* p. 221. hunc commemorant casum: *præter alios vir sexagenarius præpinguis subita oppetiit morte, in cuius dissecto cadavere sanguinis concreti duæ fere libræ e pericardio exempti fuerunt ac in truncо arteriæ magnæ adscendentis polypus inventus lacertulæ longitudinem & magnitudinem referens, qui motum sanguinis sufflaminando syncopen cardiacam, vel catarrbum suffocativum, vel apoplexiam quandam* (hic ambigit ipse author in nominando affectu) *tanquam nomine saepius magis, quam re discrepantes, intulisse videtur:* quis potuit in illo fabro ferrario per biennium *maniaco* in auricula dextra polypum pituitosum insolitæ magnitudinis sine ramis & in sinistro cordis thalamo paris fere magnitudinis cum ramis præditum polypum præsumere, qualem proferrunt *Aet. Berol. dec. I. Vol. 7. p. 89. 90.* quis potuit in illa fæmella 23 annorum *melancholica* avtochira polypos in cordis ventriculis & carotide externa agnoscere, sicuti *Aet. Berol. dec. II. Vol. 7. p. 77.* recensent: quis in illo intricato casu, quem GUILIELMVS COWPER in *Aet. Philos. Anglic.* An. 1712. n. 335. conf. A.E.L. An. 1713. *Mens. Octobr.* p. 448. sq. in *suprema cerebri vena, quæ sinus fallacis superior audit, polypum suspicari* potuit: non minus

absconditi & intricati affectus oriuntur, quando in ~~o-~~  
*oesophago* polyposa oritur excrescentia, quando aliquando  
 obscuri, interdum acuti dolores in loco affecto, ut &  
 gravis difficultas deglutitionis, *atrophia* &c. affligunt,  
 & tandem in demortuis polypus talis reperitur, *vid. tr.*  
*D.S.S. Observatio de Polypo oesophagi vermi formi rariſſi-*  
*mo, a nimio pulveris Hispanici sternutatorii usu excitato:*  
*conf. A. E. L. An. 1715. Mens. Octobr. p. 456. sq.* similem  
 absconditum abdominalis infimi affectum delineat *SCHVL-*  
*TZIVS* in *A.N.C. dec. I. an. 7. obs. 160. de Polypo vivo e ve-*  
*fica urinaria cum urina excreto:* talem occultum capi-  
 tis affectum recenset *PECHLINVS Lib. II. obs. 2.* ubi  
*p. 204.* differit: *ego in muliere, qui sexus coagulo illi poly-*  
*poso magis est obnoxius, ex Cephalæa multorum annorum*  
*atrocissima & invicta pereunte noravi, sinus cerebri nigro*  
*mucilaginoso tenacique Polypo obſideri, diffusis per latera-*  
*les venarum ramos aliquot pedibus, quibuscum extractus*  
*integer Corallii nigri fruticem proxime exprimebat: addit*  
 hic author occultum hujus affectus statum indicans: *ve-*  
*rum isti dolores in sequiori sexu tam ingentes & plerum-*  
*que statim utrum oriantur ab aëris aut peregrini fermenti*  
*adflatu, acrimoniam aut expansionem solito majorem in*  
*coagulum membranasque inferentis, aliis judicandum re-*  
*linquo: hisce observationibus addimus adhuc ex A.N.C.*  
*Vol. I. obs. 13. de polypo pendulo cum urina excreto &*  
*obs. 195. de massa polyposa per alvum rejecta:* quibus  
 observationibus circa Polypos occupatas demonstra-  
 tum damus, quam varii inde valde intricati ac occulti  
 morbi oriantur.

Occultis morbis annumeramus vexatissimas illas *Anomalias*, quæ *Mensium* fluxum præc. turbatum comitantur, ita ut non semper suppressio & imminutio illius sed interdum sufficiens, imo *largus* & *prodigus* ejus successus concurrat, interea primarium vitium in *motibus* & *ordine* illorum consistat; inde interdum proveniunt *convulsiones* admirandi speciminis, ut & *deliria* singularia, ita ut tales affectus aliquando plane incantamentis adscribantur; imo occurserunt in historia medica tales casus, qui ob *Mensium* turbas *corporalem obsessionem dæmoniacam* præsentarunt, qualem commemoravit *D. D. Præses in tr. de anima Part. I.* neque quidem occultum aut infrequens plane est, cum ejusmodi anomaliis *Mensium communia convulsionum & deliriorum schemata cohærere*, ast nos hac tractatione *singularia* talia specimina intelligimus, qualia *D. D. Præses in disp. de Mensium anomalis convulsivis* allegavit & explicavit; ita PLATEVS affectum *catalepticum* ex *Mensium* suppressione *Lib. I.* recenset: SALMUTHVS *Cent. 3. obs. 28.* aphoniam ex *Mensium* obstructione commemorat; huc pertinent valde implicata pathemata *hysterica*, quæ cum tali *anomalo* *Mensium* statu interdum cohærent, sicut BORELVVS *Cent. 3. obs. 48.* horrenda talia symptomata in casu quodam practico describit; conf. similes historiæ apud SCHENCKIVM *Lib. 4.* THONERVVM *Lib. 3. obs. 1.* HOEFFERVVM *Lib. 1. cap. 2.* PISONEM *obs. 24. 25.* FONSECA *tom. 1. conf. 90.* MERCVRIALEM *Tom. 4. f. 144.* PARÆVM *Lib. 23. c. 44.* BALLONIVM *Epidem. p. 145.* POTERIVM *Cent. 2. curat. 15.* aliosque: & dum hoc loco hystericæ passio-

passionis mentionem injecimus, ita per connexitatem cau-  
 sæ & affinitatem affectuum *Hypochondriaci* mali brevissi-  
 mam mentionem injicimus, memores illius prædicati,  
 quo *Senertus* hoc malum significare voluit, dum illud  
*polymorphon* nominavit: hic affectus multiplici sua va-  
 riatione ac *instabili* qualitate nonnullos medicos adeo oc-  
 coecavit, ut alios quosvis pene *obscuros*, *intricatos* & *ab-*  
*sconditos* morbos, malum *hypochondriacum* vocare so-  
 leant: hinc nonnulla hujus passionis *symptomata* valde  
*confunduntur*, velut *flatulentia*, *splenetica* afflictio, *me-*  
*lanbolica* mentis perturbatio &c. ut hæc nonnunquam  
 pro forma & norma totius mali dijudicentur: dum vero  
 impræsentiarum non ex aliorum falsis judiciis & paralo-  
 gismis nostrum thema explicare placet, ad minimum  
 hoc loco illud indicamus, quod affectio hypochondriaca  
 in variis subiectis & casibus *singulares* occupet cunicu-  
 los & latibula, in quibus aliquandiu occulta operatur,  
 donec inde magis magisque egrediatur, seque manife-  
 stet: inde aliqui causam & culpam quaerunt in deprava-  
 to & debilitato ventriculo, in cruditatibus ventriculi  
 & intestini duodeni, in spasmo intestinalium & mesenterii,  
 in obstructione glandularum intestinalium & mesenterii,  
 in occlusione vasorum capillarium abdominis, &c. &c. ut  
 plurimum vero sub tali fugaci & nugaci judicio aut tergi-  
 versatione, nec morbum, nec causam morbi sæpe cogno-  
 scunt, sed hunc morbum ut athenienses Θεὸν ἄγγελον vene-  
 rantur: quare in vera hujus affectus cognitione tam *periti*  
 medici interdum aliquandiu in *occulto* hærere debent,  
 quam imperiti ut plurimum in tenebris latitant & müssitant.  
 Addimus adhuc *Vermium* disquisitionem, qui satis sæpe  
 occul-

occultos morbos alliciunt, hinc interdum tam medici, quam  
alii implicatos ac obscuros morbos confessim *vermibus* tri-  
buere solent: es stecken Würmer dahinter; inde multi ex  
Philosophia verminosa sapere contendunt & plenis buc-  
cis immo tubicine acustico ad vermes portentosa ostenta-  
tatione provocant, sed sane interdum nimis præmature sa-  
piunt & vaticinantur, ut huc quadret quod B. D A N N-  
H A V E R V S in *Lacte Catechetico Part. VI.* p. 701. ad verba  
ihr Wurm wird nicht sterben, commentatus est: die janc-  
süchtige, überwitzige und müßige Schul-Lehrer haben sich  
über diesen Wurm dermassen gewürmet, daß sie darüber  
zu Würmern worden und wunderliche concept davon gehal-  
ten, auch andern gemacht, führen wormstichige argumenta  
ein &c. sed hæc de *Fanaticis verminosis*, sive abusiva ver-  
mium accusatione: attamen *vera vermium existentia* in cor-  
pore humano mirabiles aliquando affectus morbosos ex-  
citat: PHILIPPVS MARCVS in tr. de *Lumbricis mira sym-  
ptomata excitantibus* ait: p. 20. Si quis morbos admirandos,  
& occultos observare vult, is eisdem in vermium vexa &  
sentia inquirat: vermes itaque ad vexatissimos morbos  
convulsivos contribuunt: de *opisthotono a vermibus* vid.  
ZAC. LVS. *Prax.admir.Lib. 2. obs. 42.* SCHENCKIVS Lib.  
3. *Spastico convulsivus morbus a vermibus male profascino ha-  
bitus* describitur in Bresl. Gesch. 37. Vers. p. 127. *Chorea St.  
Vitia vermis allegatur* in AET. Berol. Dec. 1. Vol. 2. p. 54.  
*Hystericasymptomata a vermibus proferuntur* a RIEDLINO  
Lin. med. An. 6. Febr. obs. 21. p. 199. A.N.C. Cent. V. obs. 48. p. 70.  
de virginè sedecim annorum commemorant, quod per se-  
mestre spatium laboraverit lassitudine totius corporis, pallore  
faciei, anorexia cum sempiterno vomendi conatu, alvi constipa-  
tione & interdum gravibus ventris torminibus: brevi post moti-

*bus correpta fuit convulsis; finito paroxysmo semper tristis evadit, effudit lacrymas & tragicis gesticulationibus mirandum adstantibus causabatur stuporem: Quod vermes aphoniā per quam intricatam & occultis qualitatibus præditam provocent, varii casus testantur: conf. ZAC. LV. S. l. c. obs. 43. A. N. C. Dec. 3. an. 4. obs. 47. WEPFER. obs. p. 569. Act. Berol. Dec. 1. Vol. 4. p. 69. à vermibus aphoniā spasmodicam commemorant Bresl. Gesch. 30. Vers. p. 423; nec incognitum, quin potius in historia medica aliquoties observatum est, quod à vermibus singularia deliriorum specimina ortum traxerint vid. A. N. C. Dec. 1. an. 4. 5. obs. 37. Dec. 2. An. 5. app. p. 77. An. 6. app. p. 78. RIEDLINVS Lin. Med. An. 2. Novembr. obs. 17. p. 356. de furore uterino a vermibus. vid. A. N. C. Dec. 2. An. 6. app. p. 40: Singuli tales affectus tam in proprio suo statu, quam præc. in sua caussa valde intricati & absconditi fuere, quos ea propter huic seriei annextere placuit, quamvis multi alii affectus: æque vexati, veribus caussam suam debentes, hoc loco recensi queant; velut *Cephalalgiae* sōnticæ & periodicæ febres malignam indolem præsentantes paralyses, contracitūræ, asthmata, inflammations, cardialgiæ, animi deliquia, tumores ominosi &c: ut nihil de vermibus in variis corporis partibus, visceribus, & regionibus corporis humani repertis, indeque aut morbis aut symptomatibus morbos sat obscuris & absconditis annotatis, seorsim latius dicamus, de quibus passim observatores conciliandi sunt.*

## §. VIII.

Sat multos huc usque admodum absconditos morbos recensuimus & utinam tandem in hac commemoratione finem assecuti essemus, ne medicam artem suspectam redde-

redderemus, ut malevoli promiscue judicent, quasi omnes  
 morbi occulti, adeoque medicina ut plurimum fallax, in-  
 certa, & cœcis conjecturis plena esset: ast multi adhuc  
 tales supersunt affectus exquisite oculti; ex illis in ordi-  
 ne affectus *hydropicos* particulares annotamus, huc spectant  
*Hydrops Oculorum, Thoracis, ventriculi, Peritonæi, Pericar-*  
*dii, Pulmonum, Uteri bujusque ovarii, hepatis, cerebri, lienis,*  
 &c: quales Historias allegant *MORONVS in directorio,*  
*WALTHERVS in Sylv. med. SENERTVS in Prax. BO-*  
*NETVS in Sepulchr. anat. BLANCARD. anat. practica,*  
*Acta Berol. A. N. C. Bresl. Gesch. tr. de Hydrop. pect. Col.*  
*legii Vratislav. aliquique sub suis titulis; quales affectus ut*  
 plurimum ita sunt absconditi, ut medici ingenue accusent  
 es sey bey den patienten ein verborgener Schaden; hinc post  
 mortem talium ægrorum tandem genium & caussam morbi  
 detegunt: quo loco latissimus patesceret campus, si in ob-  
 servationes discurrere & diffusam atque extensam dedu-  
 ctionem proponere constituerimus; sufficerit digito tan-  
 tum classes atque titulos morborum indicasse: Et quam-  
 vis *Hydrops pectoris* paulo magis manifestus esse videatur,  
 tamen *SYLVIVS Lib. i. Prax. cap. 50. §. 25.* testatur, quod  
 hic affectus cognitu admodum difficilis sit: id quod etiam  
*RIVERIVS Lib. 7. Prax. Med. c. 5.* confirmat; eo perti-  
 nent *Hydatides* in intimioribus *abdominis & pectoris* lati-  
 tantes, quando vel initia alterius *hydropici* affectus consti-  
 tuunt, vel cum consummato hydrope concurrunt, ubi du-  
 plici hoc respectu *obstrusum & absconditum* ut plurimum  
 affectum constituunt; notatu dignum talem casum recen-  
 set *GR. HORSTIVS Lib. V. obs. 33.* quem *BONETVS. in*  
*Sepulch. Anat. Tom. II. lib. 3. Sect. 21. obs. 10. §. 5. p. 410. 411*

allegat: Addimus occultum illud schema morbosum, quod  
*ingravidationem* simulatur, dum sub retentione mensium  
 uteri intumescentia aliaque graviditatis signa oriuntur,  
 quæ vero iterum cum aliis *ambiguis* signis coniuncta sunt,  
 ut scrutatores & observatores titubent & hæsitent de *vero*  
*ingravidatione*, donec vel adhuc *viventibus*, vel in *demor-*  
*tuis* subjectis sese *mola*, aut aliud concrementum & *vitium*  
 uteri, vel afflictio morbosa in *mesenterio* manifestet: hinc  
 in & ex *Mesenterio* valde absconditi morbi oriuntur, ge-  
 nerantur & radicantur, quod fusius demonstrarunt **MAR-**  
**TINIVS** tr. de *morbis mesenterii abstrusioribus*, nec non  
**WARTHONIVS** in *adenographia*, **BONETVS** in *Polyal-*  
*the* ubi de *morb. mesent.* tractat, aliique: Et quemadmo-  
 dum tales *stagnations* & *extravasationes lymphæ* & seri-  
 ad diversos *occultos* morbos, ex parte etiam *hydropicos*  
 contribuunt, quod **PISO** in *obs. de morb. ex serosa colluvie*  
 quadantenus probauit, ita alii *absconditi* affectus à *flatulen-*  
*ta* diversarum regionum & partium oppletione & disten-  
 sione oriuntur; *communis flatulentia* non raro ita intricata  
 & *abstrusa* est, ut multi homines omnes ferme abdomi-  
 nis *absconditos* affectus *flatulentæ* tribuant: non raro flatu-  
 lentia *omnipositorum* affectus præsentat, ut causa vel in capite,  
 vel pectore magis, quam *congrua* suis locis inquiratur,  
 vid. disp. **STAHLII** de *Flatulentia*; quam sæpe hæc fla-  
 tulentia cum malo *hypochondriaco* confunditur! **PLATE-**  
**RVS**. *Prax. Med. Tom. 3. Lib. 2. c. 3.* confusionem flatuum  
 cum affectu *splenis* taxat: & ipse **RIEDELINVS** *Lin. Med.*  
*an. 3. Novembr. obs. 30. p. 822.* afferit, quod flatibus aliquan-  
 do nimium tribuatur: proinde mirificum flatuum lusum re-  
 fert **PECHLINVS** *Lib. 1. obs. 57*; nec desunt affectus tales  
*intricati*

*intricati, cum symptomatibus valde absconditis stipati, veluti cum flatibus ex utero emissis, è vesica urinaria expulsis, quales generales & particulares tympanitici morbi passim ab authoribus recensentur, quorum schema vero ut plurimum admodum occultum existit.*

## §. IX.

E multis occultorum morborum speciminibus *particos* adhuc hactenus commemoravimus & digito tantum demonstravimus, sed placet adhuc hanc scenam continuare, atque in ordine significare, quod pro diversitate locorum, partium & regionum corporis diversi *absconditi* morbi & morborum causales respectus inveniantur & tandem detegantur, adeo ut fluidæ & solidæ & continentes & contentæ & mobiles & immobiles & cohærentes & sinuosæ, caver nosæ, vasculosæ &c. partes causas & sedes talium morborum subministrent: quod itaque regionem *Capitis* attinet, tunc *intrinsecus* multiplices *Cerebri* & partium eo pertinentium, velut membranarum, vasorum sanguiferorum, processuum, nervorum, sinuum, ventriculorum &c; alterationes morbosæ ad tales morbos contribuere possunt & solent: Diffusum opus esset talem *Pathologiam Cerebri* conscribere, eoque singulos raro affectus colligere, qui ab omnibus ferme observatoribus comparatè annotantur, inde *Cerebri* nimia humiditas & sic dicta debilitas, aut nimia siccitas, induratio, petrificatio, exulceratio &c. membranarum constrictio, dilatatio, extensio, disruptio, fungosa in cerebro hujusque confiniis excrecentia, humorosa stagnatio in cerebro & circa illud, bydrops cerebri, sanguinis stagnatio in vasis, varicosa horum oppletio, polypi cerebri, (de quibus supra) deliquatio & secessio cerebri, deformis qualitas, ni-

*milia mollicies illius, vermes in cerebro, laceratio, calculi, callus, vomica, tuberculæ, abscessus, apostemata, sphacelus, gummatæ, fissuræ, depressiones, nimia inflatio &c. quales intricatas cerebri morbosæ afflictiones descripsérunt MONTAGNANA de Cerebri Ægritudine Consil. i. sq. BALLONIUS in Epidem. HILDERHEIMIUS de Cerebri ac Capitis morbis internis, IASO PRATENSIS de Cerebri Morbis WILLISIUS Patholog. Cerebri, MORONVS director med. pratico de affectibus implicatis, & plurimi observatores, qui selectas mirabilium casuum historias compilarunt: ex quibus titulis mox inclarescit quam variæ causæ intricatae & occultæ, abstrusos capitum & cerebri præc. morbos provocare queant; Et quid dicamus de plurimis oculorum affectibus, quorum quidam magnum numerum colligunt, ast plurimorum, si non entia præter necessitatem augent, neque formam, neque causam recte agnoscunt, quin potius magnis conjecturis illos dijudicant, ut de plurimis ne credulitatis quidem juramentum conscientiosus ac peritus arbiter præstare valeat: idem etiam judicandum erit, de aliorum sensoriorum organorum capitum diversa afflictione, siquidem in variis sinubus, cavitatibus, antris, meatibus, modo humorum stagnationes, modo plenariæ obstrunctiones, modo latitantes abscessus & vermes, modo concrementa fungosa aliaque contingere & variis vexatis ac obscuris morbis ansam præbere solent, qui non modo partem, quam obsident, sed & universum caput variis intricatis molestiis & symptomatis afficiunt: Ejusmodi affectibus annumerandi veniunt latitantes fistulosi & sinuosi abscessus intra varias capitis cavitates, ut & maxillam inferiorem & superiorem, sive recepta-*

ceptacula dentium abeuntes, qui successive tabidum &  
 hecticum morbum, aliquando rheumatico-erysipelaceo-  
 spastico-febrilem affectum provocant & tandem sub con-  
 fuso tali schemate ad funestum eventum transeunt: in pa-  
 latio aliquando excrescunt fungi, in infundibulo polypi,  
 verrucæ, aliaque concrementa callosa, cartilaginosa: no-  
 tablem historiam fungi palati describit RVYSCH obs. chir.  
 48. 49. Mictum fungorum proferunt A. N. C. Dec. 1. an. 6. 7.  
 obs. 81. de fungo vaginali uteri vid. TULPIUS Lib. 3. cap. 33.  
 34. de Fungo scirrhus auris vid. HILDANUS Cent. 3. obs. 1.  
 (sed hæc de fungosis concrementis incidenter etiam alle-  
 gare placuit:) ita aliquando reperitur palati biatus & la-  
 cuna: nonnunquam inveniuntur miræ exulcerationes a-  
 speræ arteriæ, qualem MARCELL. DONAT. Lib. 3. c. 1. re-  
 fert: ut & carunculæ, polypi, calli aliaque præternatura-  
 lia concrementa, quæ respirationem ac vocem sufflami-  
 nant: interdum homines redduntur aut plenarie *aphoni*:  
 aut *semivocales*: a nervi recurrentis a Galeno dicti, qui vo-  
 calis etiā nominatur, guttus perreptantis ad laryngem  
 devenientis, qualicunque læsione s. contusione, s. refrige-  
 ratione, s. incisione, s. relaxatione & paralysi vid. COLUM-  
 BUS anat. Lib. 8. c. 2. & Lib. 14. GALENUS Lib. 5. de usu  
 partium c. 6. AMATUS LUSITANUS Cent. 2. cur. 70. AVI-  
 CENNA t. 3. fen. 4. tr. 2. c. 10. & X. 3. tr. 2. c. 1. inde raucedi-  
 nes incurabiles oriuntur: vid. DIEMERBROECK obs. & cu-  
 rat. med. 9. BORELLUS Cent. 4. obs. 27. 29. RIEDLINUS:  
 Lin. Med. An. 5. Majo obs. 27. p. 524. A. N. C. Dec. 2. an. 8.  
 obs. 14. talem obsconditam raucedinem ab haustu frigidæ ce-  
 revisiæ recenset WIEL Cent. 1. obs. 27. Similes affectus oc-  
 culti & causæ tales in æsophago observantur, inde ceso-  
 phagi

phagi angustia a glandulis tumefactis RYVSCH *Advers.*  
*decad. I. advers. 10.* œsophagi paralysis enarratur a WIEL  
*Cent. 2. obs. 27.* de œsophagi indurazione vid. A. N. C. *Dec. I.*  
*an. 4. 5. obs. 67.* MARCELLUS DONATUS *Lib. 3. c. 8.* de œ-  
 sophago cartilaginoso vid. A. N. C. *Dec. I. an. 3. obs. 170.* de  
 œsophago obstructo vid. RIVERIUS *Cent. 3. obs. 71.* HIL-  
 DANUS *Cent. 6. obs. 34.* de callo œsophagi BENIVENIUS  
*c. 36.* ut aliorum occultorum morborum & similiūm cau-  
 sarum non reminiscamur! interim placuit tantum speci-  
 men quoddam succinctum subministrare, quo demonstre-  
 mus quam immensus sit numerus talium affectuum atque  
 causarum, de quibus præsens nostrum thema differit: i-  
 mo placuit insuper ex innumeris testimoniis observatio-  
 num valde compendiosum tantum selectum annotare, cum  
 campus talia fusius tractandi amplissimus & diffusissimus  
 existat: attamen laudabili studio IOH. MAURITIUS HOFF-  
 MANNUS in *disquisitione corporis humani anatomico-Pa-*  
*thologica* pro diversitate partium corporis tales morbos &  
 causas explicavit.

## §. X.

Sicut modo in *principe ac suprema corporis regione*  
 & parte *speciminis* loco multiplices morbos & causas mor-  
 boſas latitantes tradidimus, ita omnium *reliquarum* cor-  
 poris partium *similes* morbi & causæ recenserī possunt: ast  
 quoniam nostrum institutum fuit *succincta* annotatione  
 morbos occultos indicare; ita nemo a nobis juxta rationem  
*officii & propositi* præsentis diffusam *bistoricam*, *aetiological-*  
*cam & practicam* deductionem desiderare poterit: inter-  
 rim adhuc significamus, quod in media & infima cavitate  
 corporis *similes* morbi & causæ occurtere queant: ita  
 enim

enim constant observationes variarum deformationum cordis hujusque auricularum, cordis inversi, uno thalamo præditi, officulis & calculis, callis, cartilaginosis, fungosis &c. concrementis instructi, cordis ulceris, nimia pinguedine obtecti & aggravati, nunc prægrandis, alibi valde gracilis, perversæ ac deformis structuræ vasorum sanguiferorum ad corp pertinentium: Et quæ non absconditæ calamitates pulmones affligere solent! quam sæpe concretiones pulmonum cum pleura & diaphragmate occultos tales morbos causan ur, quæ non varia specimina insolitarum & absconditarum afflictionum ventriculum, mesenterium, Pancreas &c. &c. corripere solent: quam diversa intricata specimina Tumorū abdominis aliorumque locatorum & membrorum corporis occurunt! quæ non absconditæ concretiones fungosæ, tuberculæ, offescentes &c. in juncturis, ligamentis, tendinibus, vasis sanguiferis, aliquisque canalibus oriuntur! quam absconditum interdum est schema Dolorum, ut eapropter iterum varii homines fascinationes accusare soleant, præc. si nonnulli tales doiores in apertos abscessus mutantur, e quibus insolita materia, velut capilli, calculi, vermes &c. educuntur, quales intricatos abscessus SEVERINUS in tr. de recondita abscessuum natura illustravit & explicavit: hic referimus implicatos affectus valde dolorificos, rheumatico-arthritis in hominibus obstinatis, & morosis pertinacibus obvios, qui aliquando in contracturam, ariduram, paralysin, spinam ventosam aliosque intricatos affectus convertuntur; vnde atrophia, tabes, hect ca, marasmus originem trahunt, quales affectus iterum utpote occulti & abstrusi incantamentis

*perperam adscribuntur: Et quam frequenter s̄in ejus-  
modi affectibus a medicis, ne nihil dixisse videantur, de-  
bile genus nervosum, utpote grande asylum accusari solet!  
ut de fallaci tali judicio illud valeat assertum, quod G R E-  
GOR. HORSTIUS in Epist. ad ECKHOLDVM profert.  
de occultis & latentibus morborum causis, quod hoc vel illud  
individuum attinet, anceps s̄aepē est judicium: Ex hac tenus  
dictis vero ad minimum in facto patescit, Iquod omnes  
corporis humani partes occultis morbis subeundis ob-  
noxiae sint, sive fluidae sive solidae, sive tubulosae s. con-  
sistentes, sive densae, sive tenerae, sive mobiles s. immo-  
biles & quæcunque aliæ existunt differentiae: Et quid,  
de Spirituum Morbis dicamus! non entium quidem nulla  
sunt prædicata! ast oculatissimi etiam spirituum visitatores  
& spectatores errant in occultis: quare circa fabulas tales ac-  
gerras haud moram nectere cogitamus: paucis adhuc an-  
notamus quod morborum occultorum immensa congeries  
commemorata occurrat in plurimis recentioris ævi obser-  
vatoribus, adeo ut tales casus. *insoliti* & admirandi satis  
sæpe pro themate & objecto observationum colligenda-  
rum reputentur, iuxta illud je verkehrter, je gelehrter & vi-  
ce versa: & ita etiam spissum ac diffusum opus *Anatomiae  
Practicæ* BONETI quoad plurimam partem occultos tales  
perhibebit morbos, ut in comparatione ad reliquam scien-  
tiā & evidentiam Medicam cum Philosopho illo exclamare  
debeamus o quantum est, quod nescimus! interim  
de occultis, occulta s̄aepē & obscura in foro Medico cir-  
cumvolant judicia. Paucis adhuc mentionem facimus  
morborum ex *Fascino* aut *incantamentis*, qui quoad signa,  
*modum fiendi* & *effectus* magnam obscuritatem comple-*

ctun-

stuntur, quare non raro alii morbi intricati, complicati, confusi, corrupti &c. fascino adscribuntur: interea etiam morbi ex fascinatione nati utique valde occulti deprehenduntur, quamvis illi, qui omnimode vim incantamento- rum abnegare contendunt, mirifice se torqueant, ut aliqualem perspicuam naturalem causam proferre queant, quæ aetiologicala tamen occupatio, magis obscura, occulta, absonta & ridicula communiter existit; interea vero tales morbi prudenter discernendi sunt, ab illis, qui in corrupta & inquieta phantasia fundati, sed perinde a que intricati & absconditi sunt, quales affectus peculiarem re quirerent explicationem, sed sufficerit illorum brevissimam memoriam injecisse.

## §. XI.

Posteaquam brevi annotatione varios morbos occultos, quoad genera & species, nec non quoad diversas corporis humani regiones & partes indicavimus, ita eadem succincta manuductione jam de signis & causis talium morborum agere placet: in precedenti disquisitione sparsime utraque tractatio observatio fuit, quare pauca adhuc addenda erunt. Signa quod concernit, tunc illa ab iisdem authoribus proferuntur, quorum superius a nobis mentio facta fuit; & quamvis eadem ut plurimum e contagiorum, epidemiorum, venenatorum morborum &c. classe derivent, tamen juxta nostram explicationem innumeri alii affectus, qui hujus genii haud sunt, considerationem & conciliationem merentur: haec obstrusa sunt respectu ægri & deinde respectu medici; ægri ipsi interdum exclamat, sie könnten aus ihrer Krankheit nicht fliegen werden:

nam quandoque nec perfecte ægrotant, nec regulariter sanū sunt; ut plurimum varia *intricata* afflictionum schemata sentiunt, nunc frigent, nunc æstuant, nunc subito debiles existunt, modo paulo firmiores & robustiores sunt; nunc pulsus sano similis, nunc variabilis quoad diversas qualitates, apparet, nunc sanguis *insolito* & *raro* modo ad *interviora* revehitur, nunc in *externam* regionem inopinato effunditur, nunc *excessus*, alibi *defectus* motuum combinantur, nunc varia *perversa* schemata *deliriorum*, *spasmodorum*, *convulsionum* & *febrilium* motuum concurrunt: nunc mirabiles sensuum in & *externorum* mutationes; aliquando *intricatae* alterationes *pulsus cordis*, *progressus humorum*, toni & roboris partium, caloris naturalis, &c. occurunt; interdum diversi motus, in *extremos* ac *oppositos* gradus abeuntes, oriuntur, nunc *spastici*, alibi *paralyticī*, nunc *convulsivi* motus, nunc *animi deliquia* irruunt; mox *anomala excretionum* molimina, alibi *insolitæ illarum retentiones* contingunt; interdum *insolitæ vigiliæ*, nocturni pavores, turbulentia *insomnia*, angores, metus, &c. quandoque sopores, torpores, atoniae, anæstisiae &c. interveniunt; proinde pathemata talia non modo numero multa, sed & mirifice complicata, *perversæ alternantia*, subito in *aliena* & *contraria* aliquando specimina se invertentia corripiunt: quare in omnibus functionibus mentalibus, animalibus, vitalibus & naturalibus *insolita ardua*, vexata, suspecta, implicata & aquivoca signa se exserunt, ut huc valeat quod SENERTVS Pract. Lib. 6. Part. I. c. 8. eloquitur: deinde & hoc morbi occulti & maligni signum & quasi character est, quod morbi & symptomata, quæ superveniunt, sunt magna, rara & in aliis morbis non obvia:

v. g.

v. g. si accidunt animi deliquia frequentia, pulsus magna mutatio, virium prostratio & similia symptomata, quorum causæ in morbum manifestum, qui conjungitur, nullo modo referri possunt: & hæc signa tam generatim, quam respectu partium, locorum, functionum, individuorum &c. valde sunt perplexa & abscondita; ut plurimum vero talia signa sunt eximie *ambigua*, quæ medicus a variis causis derivare potest, in omnibus tamen *dubius* existit, nulla que certitudine & evidenter instructus. Quod vero causas attinet tunc easdem etiam in *præcedente* deducione significavimus, quarum quædam sunt *morales*, aliæ *materiales*, quædam in *humoribus* fluctuant, aliæ *ex humoribus* secedunt, nonnullæ in solidis partibus hærent, quædam in humorum *stagnatione*, aliæ in partium & canarium *infarctu* & *obstructione*, aliquæ in speciali humorum *intemperie*, quædam in partium corruptione, humorum *extravasatione*, *præternaturali concretione* &c. consistunt; *huc* disponunt variæ causæ remotæ *antecedentes*, velut humorum spissitudo, plenitudo, acrimonia, viarum densitas, angustia, teneritudo, mollities, debilitas, relaxatio, *constrictio*, motuum varia *vitiosa schemata*, nimii humorum *affluxus*, strenuae *congestiones*, excretionum anomaliæ, animi turbæ, perversi *mores*, nimia & exacerbata *sensibilitas*, connatæ perversæ *ideæ*, pravæ *adſuetudines* in actionibus & passionibus &c: hisce remotis causis annumeramus *perversas medicationes* morborum manifestorum, unde dein occulti provocantur; quo tandem referimus incongruas medelas *sympatheticas*, quæ interdum *confusissimas* maximeque *præjudiciaſas operationes* edere solent: &c.

&c. quæ pauca sufficiunt profundali manuductione circa signa & causas occultorum morborum.

## §. XII.

Ultimum superest ut adhuc nonnulla monita circa practicam horum morborum directionem annexamus: sed videtur mox huic conatui resistere Hippocratis & Celsi effatum; ille præc. in Lib. de arte §. 20. text. 4. ait: quod Medicus qui sufficit ad cognoscendum, etiam sufficiat ad curandum: aut quod ille qui morbum recte cognoscit, eundem etiam recte curare possit: siquidem in occultorum morborum cognitione magna insufficientia & multus defectus occurrit: ast quoniam medicus ægrum ludicre deserere hanc debet, ita nonnullis generalibus consiliis & auxiliis succurrere, ad minimum etiam illud observare debet, quod HIPPOCR. elocutus Lib. de insomniis & de affect. Medicus aut proficit, aut non noceat: & licet in nonnullis morbis occultis medicus spectator & expectator esse debeat, tamen interdum salutari consilio privative operari debet, quod positive efficere haud valet: quare PHIL. GUIBERTUS in tr. de Medico officioso, nec non CARRARIUS de officio Medici erga ægrum, ut & BOHNUS de officio Medici dupli, cap. de Decoro Medici ordinant, quo medici des�ratis, pertinacibus atque absconditis morbis suo studio officiosos se præbeant: nec defunt præscriptæ methodi talibus morbis mendendi & subveniendi, ab illis propositæ, qui horum morborum mentionem fecerunt, quos superius nominavimus, ast plurimum maligna corporis infectione & qualificata intemperie communiter commercium habent, adeoque raro ad desideratum salutarem scopum per-

perveniunt: nos iterum brevitati studentes indicamus, quod in *Cura* horum morborum providus & judiciosus medicus quædam *omittere*, aliqua vicissim *committere* debet: *abstinere* itaque debet a *præcipitata* & *immatura* aliquius *causæ imaginatione* & *præsumptione*: siquidem in e-*jusmodi* casibus facilius aliquid  *fingi*, quam pro *verosimili*, aut *vero* demonstrari potest: *abstinendum* præterea est a qualibet *forti*, *impetuosa* & *accelerata* evacuatione, proinde etiam a *remedijs* & *methodis heroicis*, de quibus valet, quod in proverbio dici solet, audaces fortuna adju-*vat*, *Bogel fris oder stirb*; evitandi insuper sunt *multipli-ces ausus practici* & *varia experimenta*, *discrepante effectu* *corpus sufficientia*: removeantur omnia subiecta medica-*mentosa*, *legitimum progressum humorum turbantia*, alias que *functiones* ad *ceconomiam vitæ* pertinentes offenden-*tia*, ut sunt *potentiora adstringentia*, *communia narcotica* &c. omittantur denique *tales conatus practici*, qui *nuda pal-liatione* succurrere videntur: Sed quoniam *positiva auxi-liorum ordinatione* in hisce morbis haud *directe* & *proxime* subvenire potest artifex, *quamdiu hi affectus occulti sunt*, ita placet etiam hoc loco *generalem therapiam commenda-re*, ut videlicet *pro ratione* & *conditione morbi* in quan-tum plus vel minus in *malignam prosapiam inclinat primæ viæ* a *suspectis impuritatibus* convenienter & sufficienter liberentur, quod negotium *extra statum malignitatis ur-gentis etiam mitioribus laxantibus peragendum erit*, ita ut non modo *pharmaceutica* *adminicula interdum ordinen-tur*, sed etiam *dætetica* talia auxilia subordinentur, quæ sunt *lenientia*, *oleosa temperata*, *lacticinia*, *passulata*, *pru-nata*,

nata, caricae pingues, decocta hordeacea &c. deinde providendum est ne abundantia sanguinis in prejudicium sanitatis & irritamentum ac augmentum mali occulti vergat, quare pro morbi genio, gradu & statu repetitae artificiales subtractiones urgentis superflui sanguinis prosunt: observet pariter attentus & peritus artifex an quarundam salutarium spontearum Hæmorrhagiarum turbæ ad genesin vel incrementum ejusmodi occulti morbi contribuerint; sub qua afflictione congrua, circumspecta, moderata & opportuna talium Hæmorrhagiarum restitutio & promotio multam opem promittet: dehinc Massa sanguinis in debita temperie conservetur, ut illius consistentia ac crasis statui sanitatis conformis reddatur, ne videlicet sanguis nimis crassus & viscidus, aut valde subtilis & orgasticis commotionibus nimium obnoxius, neve vel generali vel speciali intemperie inquinatus sit: ut & opera danda est, ut legitimus humorum progressus per omnes corporis regiones atque partes adjuvetur, promoteatur & conservetur, ut omnes reliquæ salutares ordinariæ & extraordinariæ evacuationes in congruum ordinem convertantur, inque eodem conserventur: quodsi etiam aliquid maligni justo presumatur metu, tunc talia subsidia ordinentur, quæ partim malignitati quadantenus corrigendæ, partim tempestive & convenienter expellendæ & removendæ quadrant: subinde assidua ratio habeatur anomolorum motitum, vel certas regiones & partes corporis himis stringentium vel spasmis, convulsionibus & pertinacibus congestionibus affligentium, vel necessario & convenientiōne deserentium & destituentium: præterea opera impendenda

denda est, quo in talibus morbis occultis vires *congruae*  
*præsto* sint, neque deficiant & languescant, neque alio  
 modo dilapidentur & prosternantur: ast etiam prospici-  
 endum est, ne tales vires *abusiva* & *irregulari* motuum  
 applicatione cum magno vitæ præjudicio consumantur:  
 perite denique & judiciose in hisce affectibus *aque subter-*  
*raneæ* adhibeantur, ne cœco *empiria* ausu indiscrimina-  
 tiam ad hoc asylum aliqui confugiant, quasi in talium a-  
 quarum usu ultima spes ac fiducia occulta hæreat: id  
 quod etiam de cura cum *Lacte* & sero *lactis* valet; qui-  
 bus hodienum multi abutuntur, dum ad hoc asylum ar-  
 dente & præcipiti ausu configiunt, quando in disquisi-  
 tione talium morborum ad capo finis terræ pervenerunt:  
 Plura hisce considerationibus addere, nec tempus, nec  
 locus, nec etiam necessitas & scopus noster requirit: suf-  
 fecerit juxta institutum & promissum nostrum huic the-  
 mati satisfecisse: exercitata ingenia vestigia nostra legere  
 possunt; quare claudimus rivos & DEO T.O.M. pro  
 præstito almo auxilio in intricato hoc themate explican-  
 do humillimas offerimus gratias, insuperque precamur,  
 ut omnibus tam manifestis, quam latitantibus humanis im-  
 becillitatibus & afflictionibus ipse occulta sua gratia & au-  
 xilio subveniat, eoque ipso salutari effectu occultum auxi-  
 lium cœlestē manifestet, quo gloriam illius perenni ar-  
 dore animi concelebremus, id quod nostrarum  
 actionum verus & ingenuus semper esse  
 debet

# FINIS.

*NOBILISSIMO DOMINO*  
**CANDIDATO,**

*S. P. D.*

**PRÆSES.**

**C**HRYSOLOGVS Serm. 20. scribit: *Gubernatoris peritiam non probat temperies serena, sed procellosa tempestas: aura blandiente navim regit ultimus nauta, in confusione ventorum primi quæritur ars magistri:* hoc effatum commode ad casus medicos applicari potest, quorum quidam satis leves, plani, simplices & sereni, alii vero perquam procellosi, anfractuosi, spinosi & confusi videntur, in illis agnoscendis & dirigendis artifex debilioris judicii satisfacit, in hisce fæpe acutum judicium multum difficultatis & absconditæ qualitatis reperit: huc quadrat effatum AMBROSII Lib. I. Hexaem. cap. 8. *Infirmitas corporis sobrietas est animi quod etiam tali interpretatione, sensu & respectu accipi potest, infirmitatem videlicet corporis majorem & implicatiorem, requirere etiam animum magis sobrium, quo talium infirmitatum formas & causas curatus indagare & luculentius explicare queat: haud enim judicii exacti & ingenui documentum est, si in arduis talibus casibus phantasia lusu suo fabuloſo & poetico negotio-*

gotiosa est, variaque singit ac pro oraculo declamat, quæ fungum pro cerebro proferunt, ut satis sœpe cruda talia commenta & phantasmata sobriis mentibus primo intuitu manifesta & suspecta sint: quorsum quadrat quod B. LUTHERVS in der Kirchen-Postill *Festo Barbaræ* duriori stylo ac eloquio profitetur. Die Legende von St. Barbara wollen wir fahren lassen, dann kaum eine Lausigere in den ganzen Legenden-Buch zu finden, als eben diese: es ist alles erstunken und erlogen = = = es ist alles mehr poetisch und einer Fabel ähnlich: idem sentiendum est de varia scabiosa & pediculosa nonnullorum phænomenorum, experimentorum, effectuum & præc. affectuum morbosorum intricatorum explicatione: quæ magis veritatem obscuram reddit, insuperque efficit, ut varia pro occultis declarentur, quæ tamen, ingenuis neque corruptis animis sub attenta scrutatione clara & perspicua evadunt: unde mundus regitur opinionibus & curiositatibus inutilibus: B. DANNHAVERVS in *Lacte Catechet.* Part. IV. p. 169. dicit: Unsere Bücher stinken - was aber fremde Götter schreiben, das sind lauter Evangelia, dadurch junge, zarte, fürwitzige Gemüther die noch keine Discretion bey sich haben, leichtlich mögen verführt und angestecht werden: & quod B. FRANCKIVS de defectibus in Pædagogia Academica studii Theologici dolet in *Lectionibus Paræneticis* Part. IV. p. 33, quando edocet & indicat: es ist auch mir und andern so gut nicht worden, daß wir, wann wir auf die Universität kommen, darnach von Zeit zu Zeit weiter eine Instruktion bekommen hätten, wie wir unsre Studia anfangen und führen solten: Es war das zu der Zeit eine unerhörte Sache: Insgemein wann man jemand um Rath fragte, hieß es, der Herr besuche meine

Collegia und das war alles was einen gesaget würde: idem  
sæpe in aliorum Studiorum campo & castro quiritare o-  
portet: hinc illæ quærelæ, quod tot obscuritates multo-  
rum mentes obnubilaverint, ut loco rationum & demon-  
strationum luculentarum, occulta insomnia ingenii vel-  
ut phasmata, chasmata & spectra obversentur, exinde sin-  
ceris scientiarum & artium arbitris facile illucescit, quo-  
modo simplex & perspicua veritas sæpe obscuris & i-  
magineis conceptibus & torturis contaminata sit, unde  
evenit, ut multi qui magis illuminati ac distinctis conce-  
ptibus prædicti sibi videntur, cœci existant & in occultis  
titubent: POLYDORVS VIRGILIVS Lib. 2. de rer. inven-  
zione c. 11. ait: *Chinenes duos babere oculos, Europæos u-*  
*num; quot hominum est reliquorum cæcutire:* Evidem-  
satis convictus agnosco, quod multi etiam Europæi, sub-  
speciosa scientiæ & experientiæ gloria & affectata evi-  
dentialia latitent & cæcutiant: quo plus curiositatis eo plus  
obscuritatis, *si cœci essetis, non essetis in vitio Iob. 9, v. 40.*  
ast cœcus cœcum dicit, utrique vero in tenebris ambu-  
lantes in puteum erroris & fallaciarum incidunt: *Veritas*  
*est amica simplicitati cap. Veritatis 14. X. de jur. jur.* nec  
indiget microscopiis, quibuscum phantasia pactum inivit;  
quo quid est occultius, eo non raro curiosius, sed sæpè et-  
iam stultius! Occulta iudiciose sunt tractanda: nec desunt  
qui in occultis phænomenis plus quam par est dæmones &  
abstractos vires accusant iterumque in alio peccant ex-  
tremo, proinde ex superstitione & credulitate sæpè vano  
Zelo contra incantamenta pugnant, quibus otiosis & su-  
perstitiosis exorcistis illud arcanum commendandum est,  
quod profert B. LUTHERVS in Explic. X. Præcept  
vid. Opp. Lips. edit. Tom. IV. p. 19. b. Nimm ein gut  
Eichen

Eichen Creuz und heilige ihnen mit guten Schlägen den Rücken, so wirst du sehen, wie du mit diesen Finger-Schlägen den Teuffel austreiben. Sed satis de occultis! Tu Nobilissime Dn. Candidate quamvis de occultis morbis publico Inaugurali specimine differere constitueris; tamen in occultis haec tenus inter nos haud versatus es, sed pro reliqua serena indole satis conspicuus fuisti: de vento dicit Salvator Job. III. v. 8. *Ventus quovis flet, ejusque sonitum tu audis, sed unde veniat aut quo abeat, nescis* inde patet quod in multis scientiis naturalibus docta valeat ignorantia & multa occurserent occulta: o quantum est, quod nescimus! Tu illis in naturalibus scientiis accensendus es, de quibus valet illud Apostolicum Ephes. IV. 14. *ne simus amplius pueri, qui omni doctrinæ vento fluctuemus ac circumferamur, bominum versutia, quan* nos malitiose ad fallendum adgrediuntur: ab eo enim tempore quo Academiæ nostræ innotuisti, dona & lucem ingenui tui ingenii non sub modo posuisti, sed in ascendis egregiis scientiis & artibus satis clarum Te præbuisti, tenebrasque effugisti: caliginem mentis in agnoscendis doctrinis sedulo evitasti, nec in verba magistri jurasti, nec a baculo ad angulum argumentari didicisti, nec authoritatis glaucomate te excœcari permisisti, sed negotia tua in luce tractasti: per aliquot annos nobis exhibuisti hujus elogii testimonia, siquidem sedula studii Philosophici & medici tractatione, variisque egregiis exercitationibus academicis inter nos comparate inclaruisti, indeque prefectus in scientia & capacitatem in arte medica exercenda laudabiles assecutus es, ut haud in occultis latitare, sed omnibus in utroque studio clarum ac idoneum Te præbere possis: ita enim sub di-

vina directione non modo occultos morbos dijudicare,  
sed reliquis etiam consilium & auxilium securum & sa-  
lubre ferre didicisti : hanc egregiam capacitatem ornat  
insuper modesta mentis Tuæ qualitas: Quod reli-  
quum est de honoribus Doctoralibus, iutique promer-  
tis, quos assequeris, animitus gratulor, rogoque ut di-  
vina Clementia Te constanter ut Filium lucis & ho-  
stem tenebrarum conservet, animum tuum in lucida  
veritate conserver & confirmet, & ut ipse tenebras opi-  
nionum discutere & expellere adjuves animum ac vires  
largiatur: Cœterum constanti robore mentis & corpo-  
ris Te instruat, efficiatque ut omnia ad pia vota saluber-  
rimis progressibus Tibi eveniant, neve multi in Praxi  
Tibi morbi occulti accidant, sed quo sub reliquo la-  
borum successu Tu magis magisque inclarescas, per-  
petuaque cœlesti benedictione fruaris. Vale. Dab.

Halæ Magdeb. VI. Nonar. Octobr. A. O. R.





